

miles, scilicet quod impensa funeris deducatur, ut *res alienum*, ut hic, et in dict. l. *imponenda*, et dict. §. fin. cum l. sequent. et l. *impensa*, D. de religiosis. et sumpt. funer. et l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber. limitabis, ubi tractaretur de legitima filiorum vel ascendentium, nam tunc detrahitur talis impensa de quinto vel tertio bonorum, et non de tota hereditate, ut cavetur in dict. l. 30. et in l. 6. in *Ordinam. Tauri*. Et quod supra retuli de vestibus luctuos, quod reputentur impensa funeris, ex Glossa, et Angel. in dict. l. *si ex re*, §. fin. confert, secundum Angelum ibi, quod vestimenta vidua tradita uxori tempore funeris et luctus mariti, imputentur heredi, et non in summa dotis suae, limita et intellige, secundum Joan. de Imol. in dict. §. fin. dict. l. *si ex re*, quando tales vestes essent vilis pretii, et deputatae ad usum quotidianum; secus fortè secundum eum si essent vestes festivae, et magni valoris, quia tunc videtur potius tradita dicta vestis, ut servet honorem mariti, quamdiu sit vidua, quam videatur donata, argumento l. *si ut certo*, §. *interdum*, D. *commodat*. et ideo si tunc mulier nuberet, haeres posset, secundum eum, tales vestes pretiosas repetere; quod tamen intelligit, nisi alia esset consuetudo regionis, nam illa esset servanda, argumento l. *minimè*, D. de legib. Vitais etiam in suo tractatu *clausularum*, fol. 352. cum sequent. adducit in ista quæst. Bald. in *margarita*. Innoc. super parte *maritus*, et Ludov. Roman. in authentic. *ex testamento*, C. de *collat*. et videtur se reducere, quod, aut haeredes tenentur ad alimenta, quia dos consistebat in mobilibus, vel uxor mansit prægnans, et tunc tenentur haeredes ad alimenta lugubria; aut non tenentur ad alimenta, et tunc neque tenebuntur ad istas vestes: si tamen ei datae fuerunt, et sunt viles, efficiuntur uxoris; si verò sunt magni valoris, videntur tradita ad usum, non animo donandi, unde si transeat uxor ad secunda vota, possunt repeti ab ea: quæ omnia intelligit, nisi aliter se habeat consuetudo, quia illa est servanda. Et quod istas vestes nigras uxor secundo nubens reddere debeat, adde Bald. 5. vol. *consil.* in *consil.* 478. incipit, *quædam sunt res*, ubi etiam ponit hæc verba: Quoad pannos nigras viduales debet distingui qualitas personarum, nam sicut uxor debet habere alimenta, ita etiam indumenta, unde absque viduali veste non potest honestè transire, debet fieri expensis viri, ut notatur in l. *sicut*, de *oper. libertor.* et ita servat consuetudo: tamen, si postea deponit luctum et habitum vidualem reddat vestes, quas recepit et contemnit, argumento D. *solut. matr.* l. *in his*, §. 1. mulier verò quæ non vult indui de nigro, non propterea est infamis, ut C. de *infam.* l. *decreto*.

(3) *En los memoriales*. Adde l. fin. §. in computatione, C. de *jur. deliber.* deductur etiam quod impeditur in venditione bonorum pro debitis exolvendis, ut D. eod. l. *quantitas*.

(6) *Su sieruo mismo*. Adde l. *generaliter*, §. *si quis alienum*, et §. *si cui*, et l. *decem*, D. de *fideicommissis. libert.* et l. *sed si non servus*, D. ad *leg. Falcid.*

(7) *Ende sacar*. Detrahitur ergo Falcidia, si ea detracta, quod superest sufficit ad alienum servum redimendum, ut in iuribus in præcedenti glossa allegatis. Quid autem de pretio servi testatoris vel haeredis, quem testator jubet manumitti? Vide in l. *si servus*, cum ll. sequent. et l. *res alieni*, D. eod.

(8) *Su parte*. Adde l. *Plautius*, et l. *lineam margaritarum*, D. eod. et C. eod. l. *error*, et l. 2. et l. fin.

(9) *Apreciar*. Et æstimatione facta denunciabit haeres legatario, ut partem æstimationis inferat, ut subjicit; quod si non inferat, uter adversus eum doli exceptione, l. 1. §. *si ususfructus*, et l. *si quis*, §. fin. D. ad *leg. Falcid.*

(10) *En una cosa*. Prosequitur dicta Azon. C. eod. in summa, col. 2. vers. *et pro hoc solvitur quæstio*, non enim potest haeres in vitis legatariis in una re detrahere Falcidiam, ut probatur in l. *Plautius*, D. eod. et adde quæ dixi in l. 1. supra eod. in gloss. 1.

LEY III.—Que tiempo deve ser catado, para poder menguar las mandas, en razon de sacar el heredero la su parte legitima.

La quantia de los bienes del defunto deve ser catada e asmada en el tiempo que el fino (1), porque segun lo que por estonce era, deve el heredero sacar la su parte. E si despues se menguo, o se acrecio (2), el daño, o el pro della pertenesce al heredero, e non a aquellos que deuen auer las mandas. E esto seria, como si el

testador ouiesse en valia cient maravedis quando finasse, e los bienes en que los ouiesse fuesse en ganado, assi como en vacas, o en ovejas, o cabras, o otros ganados. Ca, si quando muriessse el testador valiessen cient maravedis los ganados, e non mas, e despues pariessen, o esquilmassen dellos otros frutos, assi como queso, e lana, de guisa que los fijos, e los esquilmos valiessen otros cient maravedis, o mas; por todo esso aura el heredero todo el esquilmo de los ganados, e la quarte parte de los cient maravedis, que valian los bienes del testador quando fino. Otrosi dezimos, que si se menguassen despues de los bienes del finado la quarta parte dellos, con todo esso auran las mandas cumplidamente aquellos a quien fueron mandadas, e el heredero perdera la su parte, de todo aquello que menguare ende. Ca derecho es, pues que a el pertenesce el pro del acrescentamiento de la herencia, que otrosi sufra el daño (3), quando y acaesciere despues de la muerte del testador.

LEY III.—Quantitas hereditatis in computatione Falcidiæ inspicitur tempore mortis testatoris; nec quod postea accrevit, aufert heredi Falcidiam; nec quod diminiuit, eum exonerat a legatorum præstatione. Hoc dicit. Habuit ortum à §. *quantitas*, Inst. ad *leg. Falcid.* et à l. *in quantitate*, D. ad *leg. Falcid.*

(1) *Fino*. Adde l. *in quantitate*, in princip. D. ad *leg. Falcid.* et *Institut.* eod. §. *penult.*

(2) *O se crescio*. Adde l. *in ratione*, in princ. D. eod. ubi vide Angel. et Alexand. limitantem hoc quatuor modis, et per Paulum de Cast. limitantem etiam nisi diminutio vel augmentum contingens post mortem testatoris sumpsisset originem in vita testatoris, quia tunc videretur contigisse in vita, l. *Paulus*, D. eod. et vide ibi per Alexand. per quem etiam vide, quid in Trebellianica, et quid etiam in legitima debita de jure naturæ, et per Paul. de Cast. ibidem, et in l. *in quantitate*, in princ. eod. tit. Vide etiam ibi per Paul. et Alexand. an ista lex procedat etiam hodie facto inventerio, et per Bart. et Alexand. in dict. l. *in ratione*, §. *diligenter*, et adde etiam l. *cum quo*, D. ad *leg. Falcid.*

(3) *El daño*. Adde l. *secundum naturam*, D. de *regul. jur.*

LEY IV.—Quales mandas non deuen ser menguadas por razon de Falcidia.

Sacar pueden los herederos de las mandas la su quarta parte legitima, a que llaman en latin, Falcidia, assi como de suso mostramos. Empero mandas y a de tal natura, de que la non podran sacar, e son estas; assi como de las cosas, que dexa el fazedor del testamento a Egle-sia (1) (a), o a otro lugar religioso, o a hospital, o a pobres, o para quitar los captiuos, o en alguna otra manera que fuesse obra de piedad (2). Ca, de tales mandas como estas, nin de las otras semejantes dellas, non deue el heredero retener ninguna cosa para si por razon de Falcidia (3), ante deuen ser dadas cumplidamente, assi como el testador las mando. Fuera ende, si el heredero fuesse de los que descien-den, o suben por línea derecha del testador. Ca estos atales en todas guisas deuen auer la su parte legitima (4), e non gela pueden embargar por tales mandas como sobredichas son, nin por otra manera (5) ninguna (b). Fuera ende, si el heredero fiziesse tal yerro, por que el testador le ouiesse desheredado con derecho. Otrosi dezimos, que quando estuuiesse algun Cauallero (6) (c) en hueste (d), en seruicio del Rey, o en seruicio comunalmente de la

tierra si fiziesse manda, en que dexasse mandas a otro, e estableciesse por su heredero a alguno, que non fuesse de los que descendiessen, o subiesse por la línea derecha del mismo, tal heredero como este non deue sacar de las mandas, que el Cauallero fiziesse en tal lugar ninguna cosa; maguer non ouiesse de otra parte, de que pudiesse auer la su parte legitima. E esto es, porque los Caualleros, de mientras que estan en hueste (7) (e), han este priuilegio, e otras mayorias, mas que los otros omes, assi como se muestran en las leyes deste nuestro libro; porque son puestos para amparar el pro comunal de la tierra.

(a) Véase nuestra nota 1.<sup>a</sup>, á la L. 2, tit. 3 de esta Partida.

(b) Puede verse nuestra nota á la L. 9, tit. 4 de esta Partida.

(c) Es decir, militar.

(d) (e) Hemos advertido en nuestra nota 3.<sup>a</sup> á la L. 4, tit. 1 de esta Partida, que segun la L. 8, tit. 18, lib. 40 de la N. R, que se halla vigente, todos los individuos del fuero de guerra pueden testar en forma privilegiada, aunque no se hallen en campaña. Mas como estos privilegios se refieren generalmente á las solemnidades externas, y esta ley de Partida que impide la extraccion de la quarta falcidia al heredero extraño ó voluntario que fuese instituido por el militar, expresa la circunstancia de que este se halle en hueste, hay la cuestion de si procede ó no la extraccion de la quarta en el caso en que el testador lixiere su testamento fuera de campaña; y aunque la ley recopilada dice « que en la parte dispositiva pueden usar á su arbitrio del privilegio y facultades que les da la ley militar, la civil ó la municipal », no hallamos en el título 11, tratado 8.<sup>o</sup> de las Ordenanzas generales del Ejército, que trata de los testamentos; disposicion con que pueda resolverse la duda, siendo á nuestro juicio mas probable la opinion afirmativa por la restriccion con que deben interpretarse los privilegios. Ademas advertirémos que la facultad de prohibirse por el testador la extraccion de la quarta mencionada, no sería un privilegio para los militares, en atencion á que por derecho comun non procede la extraccion quando la prohibe el testador, segun la L. 6, de este título 11 de esta Partida. Véase ademas nuestra nota al proemio de este mismo título.

LEY IV.—Non detrahitur Falcidia de relictis ecclesiæ, hospitali, et loco religioso, aut pauperibus, seu in redemptione captivorum, vel alias pias causas, secus in legitima debita jure naturæ: nec etiam extraneus haeres de militari testamento jure militari facto. Hoc dicit. Concordat cum hac l. *si quis ad declinandam*, C. de *Episcop. et cleric.* et cap. *si pater*, de *testam.* lib. 6.

(1) *A Egle-sia*. Adde cap. *Pontifices*, 12. q. 3. sive igitur relinquatur ecclesiæ simpliciter, sive ecclesiæ, et ad piam causam, sive ad piam causam tantum, cessat Falcidia, ut hic, et in authentic. *similiter*, C. ad *leg. Falcid.* et in corpore, unde sumitur, et sic corrigitur l. 1. §. *ad municipium*, D. ad *leg. Falcid.* quatenus dicit, quòd habet locum Falcidia etiam in his, quæ Deo relinquuntur: et ita erit magis communis opinio, quam etiam tenebat Azo. C. eod. in summa, col. fin. cum finaliter dicit melius est favore clericorum, ut dicamus correctum. Sed quid si una ecclesia, vel alia pia causa esset instituta haeres, et gravetur legatis relictis alteri ecclesia, vel piæ cause; an tunc etiam cesset Falcidia? Dinus tenuit, quòd tunc competat Falcidia, ex eo quia privilegiatus non potest uti privilegio contra pariter privilegiatum, per id, quod habetur in authentic. *de sanctissim. Episcop.* §. *sed hoc præsentii*, ubi etiam hoc tenet Angel. et idem voluit Abbas in cap. *in præsentia*, de *probat.* 12. col. et Salic. in authentic. *quæ rem*, C. de *sacrosanct. eccles.* qui dicit ita tenere Doctores in dict. authentic. *similiter*, et pro ista opinione secundum Alexand. in dict. §. *ad municipium*, bene facit l. *sed et milites*, in princ. in vers. *nisi fortassis*, D. de *excusat. tutor.* ubi si privilegiatus fundat se in jure communi, potest illo uti contra pariter privile-

giatum; quem textum ad hoc notat ibi Baldus post Jacob. de Aren. Ludov. tamen Roman. in repetitione authenticæ, *similiter* in 40. *speciali ad pias causas*, et in l. *Marcellus*, §. *res quæ*, D. ad *Trebell.* tenet contrarium ex eo, quia pia causa instituta non fundatse in jure speciali, sed in jure communi, secundum quod haeres debet detrahere Falcidiam de legatis; sed pia causa legataria fundat se in privilegio speciali, ideo debet præferri, l. fin. D. *ex quib. caus. major.* et respondet ad §. *sed hoc præsentii*, quòd ibi utraque causa reperiebatur in specie privilegiata, et istam opinionem dicit Alexand. ubi supra magis sibi placere in puncto juris, per dict. l. fin. et notata per Bart. in dict. authentic. *quas actiones*, C. de *sacrosanct. eccles.* ibique respondet ad dictam l. *sed et milites*, quòd ibi non compete-bat privilegium contra excusationes juris communis; et subdit, quod in practica durum esset obtinere contra auctoritates prædictorum Doctorum tenentium, tunc Falcidiam posse detrahi: et certè non est recedendum ab opinione prædictorum, quæ est communis, ut tradit Decius in dict. cap. *in præsentia*, num. 52. et quia privilegiatus in specie non utitur privilegio contra alium privilegiatum in genere propter similem ejus qualitatem, nisi quando privilegiatus in genere certat de lucro, et alter de damno vitando, ut est in casu dict. l. fin. ut latius prosequitur Decius ubi supra post Bald. in authentic. *perpetua*, C. de *sacrosanct. eccles.* et quia secundum Angelum in dict. §. *sed hoc præsentii*, rationes, quare cessat Falcidia in relictis ad piam causam, cessant quando pia causa est instituta.

(2) *De piedad*. Et tale legatum pium detrahetur, ut *res alienum* de hereditate, l. *ejus*, et l. *res alieni*, D. ad *leg. Falcid.* Gloss. in dict. authentic. *similiter*. Doctores communiter in l. *ex asse*, D. ad *leg. Falcid.* volentes, quod si legata sint quædam pia, quædam non pia, de non piis non detrahetur Falcidia pro piis, textus notabilis in l. *si post missionem*, D. eod. si tamen eidem relinquatur unum legatum ad pias causas, et aliud ad non pias causas, tunc de legato non pio detrahetur Falcidia pro utroque, secundum Angel. in l. *sed si non serous*, §. 1. in princ. per illum textum, D. eod. et sequuntur Joan. de Imol. Paul. et Alex. ibidem, sub l. *si servus*, eod. tit. Paul. in l. *si post missionem*, D. eod. et Bart. in authentic. *sed in ea*, C. eod. et habes hic quòd relictum ecclesiæ, vel hospitali, vel in usus pauperum, vel redemptionem captivorum, dicitur relictum ad pias causas, et adde Specul. tit. *de instrum. edition.* §. *nunc vero aliqua*, vers. *et scias*, et 2. ubi vide, quòd inter relictia ad pias causas, idem esset, si relinquatur pro refectione murorum, et pro custodia terræ, quia custodiuntur orphani, et miserabiles, qui sunt intus. Item relictum ad instructionem pontium, et viarum, dicitur ad pias causas, Gloss. et ibi notat Nicol. de Neapol. in l. 1. §. *ad municipium*, D. ad *leg. Falcid.* quod intellige secundum Specul. in dict. vers. *et scias*, et 2. si necessitas immineat, non aliter, per l. *ad instructionem*, C. de *sacrosanct. eccles. cum aliis ibi allegatis*: sic ergo limitabis quæ dicit Paul. de Cast. in l. *pater filium*, col. 2. D. de *inoffic. testam.* cum dixit, quod illa solum sortiuntur privilegia piæ cause, quæ in jure reperuntur specificata; unde secundum eum legatum ad refectionem viæ, vel pontium, vel murorum, non dicitur pium. Et isto etiam modo limita et intellige quod hic dicitur de redemptione captivorum, nam debet intelligi, ut redimantur captivi egentes; si enim ipsi habeant facultates, quibus se redimant, non dicitur relictum pium, ut etiam in terminis tradit Bald. novell. in tract. *de dote*, fol. 7. col. 5. et vide Specul. ubi supra, de relictis, ut pingatur imago beatæ Virginiis Mariæ, vel alterius Sancti, quòd dicatur, quòd pium: etiam tenet Angel. in dict. §. *ad municipium*, ubi etiam Alexand. et ut dicit Baldus in dict. authentic. *similiter*, omne propter quod anima testatoris sublevatur, vel anima cujuscumque catholici, vel animatum corpus carcerati etiam pro maleficio, dicitur relictum ad pias causas, juxta notata in l. *si quis Titio*, D. de *legat.* 2. bonus textus in authentic. *ut cum de appell. cognosc.* cap. 5. §. 13. vers. *occasionem*, ibi: *eorum animæ piissimæ sublevantur*. Bald. tamen in authentic. *contra rogatus*, C. ad *Trebell.* vult contrarium in carceratis pro maleficio, quia non sunt digni secundum eum misericordia, qui deliquerunt, sed soli innocentes. Primum tamen dictum videtur verius, et tenuit Gloss. in cap. *sacrorum*, 12. q. 2. dum dicit, quòd dispositio illius capituli et l. *sancimus*, C. de *sacrosanct. eccles.* dicens, quòd res ecclesiæ possunt alienari in redemptionem captivorum, militat etiam in carceratis pro maleficio: allegat textum in cap. *si res aliena*, 14. quæst. 6. et cap. 1. et cap. *reos*, 14. quæst. 5. ubi habetur, quòd non est inhumanum bene facere etiam his, qui



delinquerunt, allegat etiam cap. non satis, 86. dist. ibi cum dicit, sed plus illis, qui sine culpa. Et illam glossam sequuntur Joannes de Imol. et Alexand. in l. quamvis, D. solut. matrim. et intellige de carceratis pauperibus, ut supra tetigi post Specul. et adde Aug. in tract. maleficio. in parte qui iudex dictum Cajum carcerari jussit. Adde etiam, quod pia causa est maritare virgines, ut tradit Bald. novell. ubi supra, et intellige de pauperibus congruam dotem non habentibus, ut tradit Bald. novell. ibi, quem vide. Item an relictum pro malè ablatis dicatur pium; vide per Specul. ubi supra, et ibi per Joan. And. in addit. col. mibi 29. et 30. et ibi vide, quid si malè ablata non ascendunt ad quantitatem legati, an quod superest, convertatur in alios pios usus; qui tenet, quod sic. Item dicitur relictum ad pias causas, si relinquatur pro alimentis etiam consanguineo pauperi. Gloss. in l. illud, C. de sacrosanct. eccles. per Bart. in l. alio, D. de alim. et cibar. legat. col. 2. et non ex verbis testatoris judicandum est, sit pium, vel ne, sed ex qualitate causæ, ut dicit Alberic. in l. nulli, col. penult. C. de Episcop. et cleric. Bald. in dict. authentic. similiter, non enim potest assertio testatoris veritatem immutare, l. qui testamentum, D. de probat. l. si forte, D. de castr. pecul. et argumento l. fin. D. de exercitoria.

(5) De falcidia. Quid de Trebellianica? Gloss. in cap. si pater, de testam. lib. 6. in verbo Trebellianicæ, tenet quod detrahatur etiam de fideicommissio, et idem tenent ibi Archid. et Joan. And. et tenent alii plerique Doctores, de quibus per Alexand. in l. Marcellus, in princ. col. 5. et 4. D. ad Trebell. Bartolus tamen in dict. l. Marcellus, tenet contrarium, imò quòd in Trebellianica sit idem, quod in Falcidia; ubi Alexand. et Jason. attestantur istam esse communem opinionem; quam etiam similiter dicit communem Socin. cons. 416. col. fin. l. vol. ubi tradit multos, qui istam opinionem tenerunt. Quam communem opinionem limita, quando pia causa fuit instituta, et de restituendo gravata, ut etiam dixi in Falcidia, supra ead. l. in gloss. l. licet Alexand. in dict. l. Marcellus, voluit contrarium in ista limitatione: et adverte, quòd licet primus substitutus non sit privilegiatus, si tamen ille gravetur etiam de restituendo pauperibus vel aliæ piæ causæ hæres Trebellianicam non detrahet etiam à primo substituto non privilegiato, quia debet inspicere persona pauperum vel causæ piæ, in quos ultimo devenire debet, qui sunt privilegiati, ita tenet Ludov. Roman. in dict. l. Marcellus, §. quod autem, et dicit se ita consuluisse, et est in ejus consiliis consil. 266. licet ex communi conclusione, ad fin. ubi dicit, istud esse verum, quando erat certum relictum esse perverturnum ad piam causam, secus si erat incertum, ut quia esset gravatus restituere piæ causæ sub conditione, si sine liberis decederet, et istud etiam tenet Alexand. 5. vol. consil. 20. ad fin. incipit, ponderatis his quæ in themate, et in l. cum dotem, D. ad leg. Falcid. ubi sublimitat limitationem Romani, scilicet ut interim locus sit detractioni Falcidiæ, sed debet hæres cavere, quòd eveniente conditione restituat, quod detrahit, argumento l. in lege Falcidia non habetur, D. eod. juncta l. 1. in princ. cum similibus, D. ut legator. nomin. caveat. Ista tamen sublimitatio Alexandri non caret aliquo scrupulo, nam Baldus in consil. suo incipit, in questione, quæ vertitur inter scholam S. Mariæ, consuluit contrarium, quem refert Socin. consil. 8. l. vol. in 2. dubio; testator enim in casu Baldi instituerat filios, et præcedenti sine liberis substituit superstitem, et si uterque moreretur sine liberis substituit pauperes Christi; concludit, quòd eveniente casu, quòd primus decedat sine liberis superstiti altero, et decedente similiter sine liberis postea altero, pia causa non habet de portione primi nisi dimidiam, detracta scilicet legitima et Trebellianica, quæ devenerunt ad fratrem superstitem, ut hæredem fratris, non ut fideicommissarium patris testatoris, id est, ejus hæres non restituit illam dimidiam piæ causæ, cum enim semel dicta legitima et Trebellianica à fideicommissio exempta sit, rursus in fideicommissum non incidit, argumento l. solita providentia, C. de remis pignor. Dicit tamen Socinus ubi supra, quòd si talis casus occurreret, satis dubitaret: idem tamen Socin. cons. 144. ejusdem l. vol. incipit, diligenter considerata, col. fin. videtur adhærere dicto Baldi in dict. consil. dicit enim, quòd quando restituitur est fienda mediæ et commutabiliter sub aliqua conditione, tunc à primo fideicommissario sub aliqua conditione, tunc à primo fideicommissario potest deduci Trebellianica, quæ deducta rursus non incidit in fideicommissum, argumento dict. l. solita, et allegat Baldum in dict. consil. et quòd idem voluerunt Roman. ubi supra, et Joan. de Monte Sperelo in dict. authentic. similiter, et quòd ita sæpius vidit consultum per doctissimos

viros: ego adhærerem dictis Alexandri, dum vult, quòd mediante cautione pia causa in hoc juvabitur.

(4) Legitima. Debita jura naturæ; hoc enim per nullam Falcidiam minuitur, ut hic, et in l. scimus, C. de inoffic. testam.

(5) Manera. Adde l. 11. tit. 4. supra ead. Partit.

(6) Cavallero. Adde l. si post misionem, et l. ad veterani, et l. si miles D. ad leg. Falc. et C. eod. l. in testamento, ubi Glossa dixit idem in Trebellianica, et vide l. 12. et quæ ibi dixi, tit. 5. supra ead. Partit.

(7) De mientra que estan en hueste. Vide ll. supra allegatas, et quæ dixi in l. 49. tit. 5. Part. 5.

LEY V.—Como, si el heredero da alguna cosa ascondidamente por mandado del testador, a ome que la non podia auer de derecho, non puede despues sacar della Falcidia.

Personas ciertas son, a quien defienden las leyes deste nuestro libro que les non puedan dexar los omes mandas, nin otras cosas en sus testamentos; assi como diximos de suso en el título de los Herederos (a). E porque acaesca a las vegadas, que los fazedores de los testamentos ruegan ascondidamente a los herederos que den alguna cosa a tales personas; porende mandamos, que los herederos non sean tenudos de los obedeser en esto. E si contra esto fizieren pierdan (1) porende la su parte, que es llamada Falcidia, de manera que la non puedan sacar de las mandas; e si la han sacada, que la den a la Camara del Rey (b). Fuera ende, si el heredero fuesse fijo, o nieto, o sieruo (2) (c) del fazedor del testamento. Ca estos herederos atales non la deuen perder (3) por tal razon; porque ellos estan en poder del, e son tenudos de caber su ruego (4), e de obedeser su mandado.

(a) Que es el título 3 de esta Partida.

(b) A la Hacienda nacional.

(c) Respecto á la esclavitud véase nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEY V.—Hæres accommodans tacitam fidem testatori de legato incapaci præstando; si præstet, perdit, quòd sibi debetur per Falcidiam; nisi sit filius, nepos, aut testatoris servus, qui ratione potestatis tenentur ejus rogaminibus, vel mandatis obedire. Hoc dicit. Habuit ortum à l. beneficio, et à l. hæreditatum, in fin. D. ad leg. Falcid. et à l. rescriptum, D. de his quæ in testam. delent. et à l. 1. et si quis aliq. testari prohibuerit, l. 2.

(1) Pierdan. Adde l. hæres, D. de his quæ ut indign.

(2) Fijo, o nieto, o sieruo. Adde l. si tacitum, D. ad leg. Falcid.

(3) Non la deuen perder. Confiscabitur ergo hæreditas sine præjudicio talis hæredis quoad Falcidiam, ut in dict. l. si tacitum.

(4) De caber su ruego. Facit ad ea quæ dixi in l. 13. tit. 7. supra ead. Partit. et ex hoc nota, prout notat Alexand. in dict. l. si tacitum, quòd accommodare tacitam fidem de restituendo incapaci, non censetur inter atrociora delicta, quia aliàs non excusaretur servus si paruit domino, ut in l. ad ea, D. de regul. jur. l. servus, D. de action. et oblig.

LEY VI.—Por quales razones, e de que cosas, non puede sacar Falcidia el heredero.

Maliciosamente cancelado el heredero el testamento, o las mandas, porque non valiesen, pierde (1) porende, que non puede sacar la Falcidia dellas. Otrrosi dezimos, que si el heredero furtasse alguna cosa de las que el testador fiziesse manda a otri, o la negasse maliciosamente, diziendo que era suya propria, e non del testador; por qualquier destas razones que sea vencido el heredero por juyzio, pierde porende (2), que non

pueda sacar de las mandas la Falcidia. Otrrosi, aquellos herederos que non suben, nin descendien por la liña derecha del testador, non pueden sacar Falcidia de las mandas si el testador les defendiesse señaladamente (5), que la non sacassen. Otrrosi dezimos, que si el testador, fiziesse manda a alguno de Castillo (a), o de otra heredad cierta, en tal manera, que la non pudiesen vender (4), nin enagenar mas que siempre fincasse a el, e a sus herederos (5) que de la manda que desta guisa fuesse fecha, non puede el heredero sacar Falcidia. Esso mismo seria, quando el testador mandasse a su fijo algo por razon de la su legitima parte (6), que deue auer en los bienes del padre; o si mandasse a alguna muger de lo suyo, por razon de dote (7); o si mandasse aforrar sus sieruos (b) (8). Ca de tales cosas como estas non pueden los herederos sacar, nin retener ninguna cosa, por razon de Falcidia. Otrrosi dezimos, que pagando el heredero complidamente (9) algunas cosas, de las mandas que ouiesse fecho el testador, non sacando ende la Falcidia, cuydando (10) que en la heredad que fincava, auia assaz para pagar las otras mandas, e para retener para si la su parte legitima; estonce todas las otras mandas deue pagar complidamente. Fuera ende, si despues que las el començo assi a pagar, se descubriesse algun debdo grande, que el non lo sopiesse en ante, que era tenudo de pagar aquel a quien el heredo. Ca estonce, por esta razon, bien podria sacar Falcidia de aquellas mandas, que fuessen aun por pagar.

(a) Véase nuestra nota 1.ª á la L. 14, tit. 9 de esta Partida.

(b) En cuanto á la esclavitud, puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEY VI.—Non detrahit hæres Falcidiam malitiosè cancellans testamentum vel legata, ne valerent, quia per hoc perdit Falcidiam, nec detrahet de re legata, quam subtrahit dicendo suam esse, et de his casibus, vel de eorum aliquo, si in jure convictus fuerit, privatur Falcidia. Item nec detrahitur si testator prohibet, ne detrahat, nec etiam non detrahitur de re legata prohibita à testatore alienari; nec de relictis pro legitima, vel dote aut libertate; nec detrahitur, si hæres credens satis sibi remanere, incipit aliqua legata solida dependere; tunc non detrahitur et de aliis, nisi de novo magnum debitoris debitum detegatur, quia tunc de non solutis detrahet Falcidiam. Hoc dicit.

(1) Pierde. Concordat cum l. beneficio, D. eod.

(2) Pierde porende. Concordat cum l. hæreditatum, §. fin. D. eod. et intellige, quòd perdit Falcidiam in his rebus, quas subtrahit, vel negavit esse hæreditarias, ut ubi habetur.

(3) Señaladamente. Non ergo sufficit tacita prohibito, ut hic, et in authent. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. unde, et si testator scienter distribuatur patrimonium suum per legata, si expressè non prohibuit detractionem Falcidiæ, habebit locum Falcidia, ut etiam notat Bart. in authent. de hæredit. et Falcid. §. si verò expressim, ad fin. et est bonus textus ubi Abb. ultim. notab. in cap. Raynaldus, de testam. quia non sufficit tacita, sed requiritur expressa prohibito, ut hic, et in dict. authent. et ita voluit Angel. in dict. authent. sed cum testator, et in tempore undè sumitur: sufficerent tamen verba æquipollentia expressæ prohibitionis, veluti si testator jubeat integrè legata solvere, glossa singularis in l. decem, D. de fideicommissar. libert. Bald. in dict. authent. sed cum testator, ubi etiam Paul. de Cast. intelligit de verbis ita æquipollentibus, quòd non possent aliud importare; secus si possent aliud importare, ut si dixerit pleno jure; vide ibi per eum, et per Alexand. 5. vol. consil. 5. circa primum dubium, in secundo dubio, ubi plura adducit circa dictam glossam, l. decem; et vide quæ in simili adducit Alexand. consil. 133.

T. IV.

super quæstis, de quibus in themate. 5. vol. et Decius consil. 402. column. 2. et 3.

Sed quid si, prout est de consuetudine, in confectione testamentorum testator dicat, et adimpleto hoc meo testamento, solutisque legatis in eo contentis, in residuo instituo Titium hæredem, an ex hoc videatur prohiberi deductio Falcidiæ? Textus videtur, quòd non in l. Marcellus, §. item Pomponius, D. ad Trebell. et ibi Paul. de Castr. quòd tamen limita ex dictis Angeli ibi, nisi hæres deductis legatis rogatus esset restituere hæreditatem sub conditione, nam tunc testator videtur voluisse integra legata præstari sine detractione Falcidiæ. Et tunc de solo fideicommissio universali. hæres adveniente conditione gravatus detrahit quartam Trebellianicam, et ita dicit Angelus servari de consuetudine; vide quæ etiam in hoc dico in l. fin. in glos. 1. infra eod. Si verò in clausula testamenti diceretur, et solutis omnibus legatis, seu in totum solutis legatis, an ex his verbis videatur prohibita Falcidiæ deductio? Videtur, quòd sic, quia perinde est, ac si diceret integrè solutis, et videtur de mente Paul. de Castr. in dict. authentic. sed cum testator, quòd sine dubio procedit, quando dixit, in totum solutis; quando verò tantum dixit, solutisque omnibus legatis, tunc videtur majus dubium, cum idem sit dicere solutis legatis, quòd solutis omnibus legatis, cum indefinita æquipolleat universali, l. si pluribus, cum similibus, D. de legat. 2. et Paulus loquitur, quando dixit, solvat totum fundum. Cogita tamen, quia ad præsens in terminis non invenio hoc decisum, nisi dicas decidi ex dicto Angeli in dict. §. idem Pomponius, volentis hoc casu videri prohibitam Falcidiam, et hæredem debere esse contentum cum eo, quòd sibi relinquatur; quòd etiam militat, quando et solum dixisset, et solutis legatis, licet non adderet omnibus. Tu latius considera, nam pro primo dicto facit l. nam quod, §. fin. cum l. sequenti, et l. qui totum, D. ad Trebell. ubi habetur, quòd licet testator dicat, universa bona mea, vel tota hæreditas restituatur, tamen adhuc potest detrahi Trebellianica, et est optimus textus, et ibi notat Abbas in cap. Raynaldus, in fin. de testam. quid textus fuit post dispositionem dictæ authenticæ sed cum testator, et vult adhuc Trebellianicam detrahi contra tacitam voluntatem testatoris. Et per illum textum in terminis, quando testator jussit omnia bona sua in totum restitui, tenet Socinus cons. 14. sequendo ordinem, col. fin. et latius idem Socinus consil. 53. prosequendo ordinem, in 4. quæst. col. penult. et fin. ubi plura adducit, quòd requiratur specifica prohibito, et non sufficiat conjecturata, etsi dicatur, quòd integrè bona restituantur. Adverte tamen quòd in hoc contrarium consuluit Alexand. cons. 5. volum. 5. incipit, circa primum dubium, col. fin. ubi voluit sufficere voluntatem conjecturata, ex notatis per Bald. in l. Centurio, D. de vulg. et pupil. dum tractat de effectu substitutionis compendiosæ factæ per verba communia; ubi plura adducit, et ibi respondet ad leges, quas pro se adducit Socinus; vide ibi per eum. Et ista opinio magis placet, nam et illud, quod ex mente colligitur, dicitur expressum, l. Prætor, in princ. D. de oper. nov. enuntiat. et ibi Bart. et alii, et tradit idem Socinus cons. 127. quoniam in præsentibus consultatione, 3. vol. col. antepen. et Decius cons. 589. visa longa seriæ, col. fin. Si verò testator adjiciens dictæ clausulæ, quæ est de consuetudine, diceret, et hæres plus non petat, satis ex hoc videtur prohiberi detraçtio Falcidiæ, secundum Baldum in l. eum patrem, C. de jur. dotium, et nota, quòd licet testator dicat, quòd res, quas relinquit hæredi, valent tantum, quòd sufficeret ad Falcidiam debitam jure institutionis, non videtur ex hoc prohiberi Falcidiam, quia videtur errare, et non esse certus de viribus patrimonii, ut declarant Bartol. Angel. Paul. et Doctor. in l. quod de bonis, ubi bonus textus, D. ad leg. Falcid. et nota etiam, quòd etiam de jure communi, quando testator prohibet Falcidiam, legata debentur etiam sine hæreditatis additione, ut in authent. de hæredib. et Falcid. cap. hinc nobis, et ibi Jacob. de Bellovis. et Bald. in l. filium quem habentem, col. 12. C. famil. ercis. ubi etiam Bald. dicit in versic. deinde quæritur, quòd non potest testator prohibere quartam, quæ debetur alicui ex forma consuetudinis vel statuti, allegat textum in cap. Raynaldus de testam. Sed an Trebellianica similiter possit à testatore prohiberi? Variæ sunt opiniones, etiam inter Gloss. ut patet ex Gloss. in dict. authent. sed cum testator, ubi voluit Trebellianicam non posse à testatore prohiberi, ejus contrarium tenuit Gloss. in authentic. de hæredib. et Falcid. in §. si verò expressim; quòd est magis communiter à Doctoribus approbatum, et tenet Bartol. in l. Marcellus, in princ. D. ad Trebell. ubi Jason. num. 43. fatetur hanc esse magis communem opinionem,